

quare dormisti extra stratam nisi quia proposueras alios dapnificare & tunc punitur  
& non reficitur ei daperium :——|

*bic tractatur de regno Hic naratur de regno Muthphyli.*

*Muthphyli.*

*adorant ydola*

**M**uthphyli est quoddam regnum quod inuenitur quando disceditur a maabar & itur per tramontanam circa quingenta miliaria istud regnum est cuiusdam regine que multum est sapiens domina nam erant bene quadraginta anni quod uir eius decesserat & ipsa que multum uirum dilexerat nonluit alium uirum accipere postquam ille decessit ista regina in isto toto termino xl annorum bene manutenuit suum regnum in magna iusticia & rectitudine tam bene quemadmodum uir eius manutenebat tempore quo quo uiuebat & magis a sua gente dilligitur quam unquam aliqua domina fuisse delecta uel dominus illius gentis. ipsius gentes adorant ydola & nulli redunt tributum uiuunt de risis carnibus lacte piscibus. & fructibus in isto regno inueniuntur adamantes quemadmodum audietis. sunt enim in isto regno multi montes in quibus inueniuntur adamantes quia quando pluit aqua descendit de istis montibus multum ruinose per magnos riuos & cauernas & cum cessauit pluua & discesit aqua homines uadunt scrutando per istos riuos per quos discurrit aqua & inueniunt multos ex istis & in estate quando non inuenitur de aqua inueniuntur multi per illos montes & ibi est tam intensus callor quod uix aliquis poset sufferere & in illis 77<sup>o</sup> montibus est tanta multitudo serpentum magnorum & grosorum quod homine non posunt scire\* magno dubio accedere illuc set tamen uadunt qualiter posunt & inueniunt de bonis & grossis isti quidem serpentes sunt multum uenenosi & mali ita quod homines non audent accedere ad cauernas in quibus conuersantur illi magni serpentes habent insuper adamantes per unum alium modum nam ibi sunt magne uales & profunde ita ruinose a sumitatibus montium quod nemo illuc accedere potest set homines faciunt quemadmodum dicemus uobis nam accipiunt multa frustra ca[r]nium intinta in sanguine & prohiciunt in uales illas profundas & ille carnes quando sunt projecte inueniunt adamantes multos qui se figunt in ipsis. & in illis montibus conuersantur multe aquile albe causa capiendo predictos serpentes & quando uident carnes in profundum ualium uolantes illuc ipsas rapiunt & asportant ad alium locum. & tunc homines inspiciunt ubi se ponunt & dimitunt carnes comedere & cum comedenter adamantes ibi remanent & aliquos aquile degluçiunt tunc uadunt illuc & adamantes recolligunt & postmodum sciunt loca ubi de nocte manent quia aquile ipsos adamantes non digerunt set de nocte cum 77<sup>o</sup> digestione euomunt & in mane homines ipsos inueniunt. audistis ergo qualiter tribus modis inueniuntur adamantes. & etiam multis alijs modis inueniuntur & in toto alio mundo non inueniuntur adamantes nisi in hoc regno & non creditis

\* Read: homines non possunt sine